propriis quibusvis recedendi, seque cum bonis et successoribus
suis omnibus iurisdictioni praesenti Castrensi Praemisliensi, quo
ad actum praesentem incorporando et subiiciendo mente et corpo-
re sanus existens publice per expressumque recognovit. Quia
Nobili Nieratska filiae Nobilis Jusko Kruszelniczki
consorti suae legittimae triginta florenorum pecuniae totius monetae
Poloniae ratione dotis post eam receptae et alios triginta
florenorum pecuniae ratione veri et iusti dotalitii, in et super
tota et integra medietate omnium bonorum suorum haereditariorum
et obligatorum mobilium et immobilium summarumque
pecuniarum nunc habitur et in post habendum, auri argenti
clenodiorum, margaritarum, arearum aedificiorum domorum
piedorum pecudum equiferae ac totius suppellectilis domesticae
gentis universorum modo quocunque vocatorum et nuncupatorum
inscribit indicat, reformat, assecurat dotalitiatque. Ita quod ipsa Nieratska bona praefata
in summa praedicta dotis et dotalitii simul iunctae
sexaginta florenorum pecuniae cum omni iure dominio proprietate
tenebit habebit et possidebit atque modo et forma actio-
rum reformationum in regno Poloniae factarum dentium
tentarum et observatarum. Nihilominus praefatus Juan
Popiel se et successores suos super omnibus bonis suis in
manus eiusdem Jusko Kruszelniczki praesentis et eius successoribus
inscribit et obligat, praesentem inscriptionem ex his actis ad
acta terrestria Praemisliensia ante decursum unius anni transfere
transportare in hac vel meliori forma verborum sub vadio
similis summae simul iunctae sexaginta florenorum pecuniae
pro quo quidem vadio praefatus recognoscens cum suis
successoribus, per eandem praesentem vel illius successores actus
extunc a iure foro suis propriis quibusvis recedendi
coram Castrensi Capitaneali Praemisliensi officio in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere respondere
ac pro praefato vadio omnibus exceptionibus, controversiis
praescriptionibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus
earumque prosequutionibus, vera vel simplici infirmitate
actione pro maiori, ad quietationem dilationem non petendi, poenam
trium marcarum et triplici poena legalibus quibusvis im-
pedimentis, ac aliis omnibus generaliter dilationibus iurisque
remediis semotis et in partem reiectis satisfacere cum
suis successoribus totius quotiens opus fuerit tenebitur. Nulla
praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Turzanski inscribit se Popielom

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti
Castrensi Praemisliensi Nobilis Jurko Turzanski sien-

kowicz a iure suo quovis competenti terrestri recedendi, seque cum
bonis et successoribus suis omnibus iurisdictioni praesenti Castrensi Pre-
misliensi, quo ad actum praesentem incorporando, publice recognovit.
Quia se et suos successores super omnibus bonis suis nunc et in post
habitis in manus Nobilium Hrezko et Fiertko Popielow fra-
trum germanorum inscribit et obligat, Nobilem Marcinam
filiam Nobilis olim Jusko Kolodrub Popiel consortem
suam pro primis terminis terrestribus Praemisliensibus seu pro
prima actorum eorundem terrestrium Praemisliensium ponere quod
horum prius Praemisliae fuerit celebratum ad eadem acta
terrestria Praemisliensia adducere et statuere. Quae statuta te-
nebitur cum consensu suo, de omnibus bonis paternis et ma-
ternis ipsam modo quocunque post parentum ipsius conversionem
in manus eorundem Popielow abrenuntiationem facere
sub vadio centum marcarum pecuniae monetae Poloniae. Nihilominus
praefatus Jurko Turzanski se et successores super omnibus
bonis suis obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta
terrestria Praemisliensia ante decursum unius anni transportare
sub simili vadio centum marcarum pecuniae in effectu praemis-
sorum completionis per eundem Turzanski vel illius successores
eisdem Popielom ad solvendum succumbendum pro quo quidem va-
dio seu vadiis praefatus recognoscens cum suis successoribus
citatus, extunc a iure suo quovis terrestri recedendi coram Ca-
strensi Capitali Praemisliensi officio, in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare parere respondere, ac pro prae-
fato vadio seu vadiis omnibus exceptionibus controversiis
praescriptionibus, suspensionibus, motionibus, appellationibus
earumque prosequutionibus, ad quietationem dilationem non petendi, vera
vel simplici infirmitate, poena trium marcarum et triplici poe-
na actione pro maiori, ac aliis omnibus generaliter dilationibus
iurisque remediis semotis et in partem reiectis satisfacere
cum suis successoribus totius quotiens opus fuerit tenebitur. Nulla
praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Manasterski cedit de iure Jarembowski

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti Ca-
strensi Praemisliensi Nobilis Andreiko Manasterski a
iure foro suis propriis quibusvis recedendi, sive vero
praesenti Castrensi Praemisliensi iurisdictioni se successores
bonaque sua omnia quo ad actum praesentem incorporando et
subiiciendo mente et corpore sanus existens publice per ex-
pressumque recognovit. Quia de omni iure suo et inscriptione
terrestri Praemisliensi sibi per Nobilem Vasko Ca-
tumier super summam octuaginta florenorum pecuniae mone-
tae Poloniae in bonis villarum sortium Lopuzna et Uroze
inscripta et assecurata cum omni iure dominio proprietate
ac cum omnibus gentis utilitatibus intentione tuitione evictione